



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Apoplanesis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

*Aphorismus, vel Divisum.*

Descriptio rerum per reprehensionem, quæ exprimit, & corrigi vim sententiæ, & potestatem. Quare potest videri species emendationis: nam quæ temere dixeris, reprehendit. Tullius [Quamquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit.] Aut alias [Cives, inquam, si hoc nomine appellare fas est. Eadem *correctio*, & *epanorthosis*.]

*Ἀπόκρισις*, ubi dictio semel posita sæpius intelligitur, notatur à Græco quodam scholiaste, *κατὰ σχημάτων*, estque Grammaticorum.

*Aporosis, sive Apoplansis.*

Reiectio, vel reprobatio quarundam rerum, quasi in quæstionem non venite dignarum: neque oportuisse, aut ab aduersarijs poni, aut à nobis quæri, aut à iudice postulari. Quod schema mirè facit ad acceleratè fugiendum, vt & tacuisse, & tamen non timuisse videamur, vt in re difficili, & contraria, non hæreamus. In qua figura breuiter morati, ad aliud statim transire debemus. Cicero pro Cælio, [Equitis Romani autem esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis.

*Apophtisis, sive Aetiologia.*

Venustum schema, ubi, quasi alio interrogante, nobis ipsis respondemus, & rationem reddimus. Cicero. Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. Quamobrem? quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defenderit? non iniuria. Quid ita? quia constitutum est. Cæsar pro Bithynis. Quid ergo? syngraphæ non sunt, sed res aliena est. Et hætenus, ubi nobis respondemus: alias, ubi alijs: quod nisi arte procedit, causam prodit: vt apud Virgilium, interrogante altero, quod negare non poterat, subtiliter occurrit, ne furtum felle exitimetur:

*An tibi cantando viduus non redderet ille:  
Quam mea carminibus mernisset sifisula caprum?*

Et testis interrogatus à reo, Num sustibus vapulasset, Innocens, inquit. Aut cum dicitur, Quæro an occiderit hominem: & respondetur, latronem, vt confessionem præcurrat defensio.

*Apophtisima*

Sententia responsiva, vt apud Cælium, Fac vclis, perficies. Apud Tullium, Litterarum ra-

dices amaras, fructus dulces.

*Apoplansis.*

Est, aut iudicis à re contraria nobis auocatio, quam cum desiderat, aut ab aduersario commo netur, vt quærat, nos obscurando, & miscendo, & promittendo quidem dicturos nos, sed suo loco, ad aliam rem auocamus: & rursus dum dicimus, sensim ad aliud transimus, & ab eo, quod contra nos est, auocatur, & suspenditur iudex: vel coniuncta rerum multitudine implicatur, vt non de vno, sed de pluribus putet sibi sententiam esse dicendam: vt pro Cluentio fecit Cicero; in qua oratione tenebras se offudisse iactauit iudicibus Cluentianis: Intelligant nihil me, nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo; ego me, iudices, ad eam causam accedere, quæ iam per annos octo continuos, vsq; eò, efficiam profectò. Deinde: Verfatam esse in iudicio pecuniam constat; per totum caput. Deinde. Vnum quidem, nemo erit tam inimicus Cluentio, vsque ad finem ipsius.

*Aporia.*

Hoc schema efficitur, cum quærimus, quid? aut quemadmodum pro rei dignitate dicamus: nec reperire ostendimus. *Lyfias*. Nec iam rationem inuenimus, qua flecti posse speremus: ita nos omnibus modis tentatos, acerba, ac nimium tua facultas affligit.

Item *Hegesias*: Non hæc est, vt vulgari verbo appellatur, calamitas: quid igitur? quod proprium imponam nescio, nisi illud vnum, tantam esse ærumæ magnitudinem, vt omnem fortunæ superbissimam crudelitatem ingenij miseria superarit.

*Aporia* eadem est, ac *Diaporesis*, addubitatio quædam; cum simulamus quærere nos vnde incipiendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum. Cumq; artificialiter simulamus, non res inuenire, non paratos venisse. Cicero in Verrem. Quem? quemnam? rectè admones, Polycletum esse dicebant. Et de domo sua apud Pontifices, tibi literas ille misit, quas? aut nunquam misit: aut si misit, in concione recitari noluit. Itaque siue ille misit, siue tu protulisti, certè consilium tuum de honore Catonis nudarum est.

*Aposopesis.*

Reticentia, cum intra nos suppressimus ea, quæ dictari videmur, quòd aut turpia, aut inuidiosa, aut alioquin nobis graui dicta sunt: vt est *Demosthenicum* illud pro *Cæmilio*, Non

P p pati

*Idem, p. 263*

*P. Ruf. Lup. p. 10. Lyfias.*

*Hegesias.*

*Inl. Ruf. p. 25*

*Aquil. p. 143*